PHILIPPUS IIII Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliae &c. Rex, et Mediolani Dux &c. Christophorus, et Caesar fratres minores de Burris nobis dedere preces sequentes, vid.t: R. R. Christophorus Burrus minor, nempe nunc agens decimum sextum aetatis suae annum intendens ingredi religionem dictorum patrum Somaschorum, in eaque professionem tempore debito emittere, intendit prius facere donationem inter vivos, et seu renunciationem de omnibus eius bonis praesentibus, et futuris Donato, et Petro Georgio eius fratribus maioribus, ac et Caesari eius pariter fratri in minori aetate existenti, nempe annorum 17. pro portionibus ipsi Christophoro bene visis, quibusdam tamen reservatis, et ab ipsis fratribus intendit stipulari quasdam promissiones in actu ipsius donationis per eos faciendas, et licet n.q. Simon Burrus pater dictorum minorum in eius ultimo testamento ordinaverit, portionem bonorum ad eius filios minores spectantium posse alienari, nil super ea contractum fieri, modo id fieret cum consensu Annae Giranae, eius uxoris deputatae in Curatricem dictorum minorum, et duorum ex quinque viris nobilibus ab eo nominatis, in ipso testamento, nempe I.C. C. Petri Antonij Verri, Philippi Spanzottae, Ludovici Cittadini, Alphonsi Cattanei de Valcano, et Balthesaris Bareij eius amicorum particularium, de quibus, et de quorum prudentia dixit se valde confidere, et hoc abs(que) eo, quod aliqua dispensatio à M. V. seu eius Senatu, ratione eorum minoris aetatis impetraretur. Nihilominus an-tius agendo, ipsi fratres minores intendunt et eam superinde reportare dispe

Ma in Filo

Raceneium

PHILIPPUS Quartus Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliae &c. Rex, et
Mediolani Dux &c. Christophorus, et Caesar fratres minores de Burris nobis
dedere preces sequentes, vid.t S.C.R.M. Christophorus Burrus minor, nempe nunc
agens decimum sextum aetatis suae annum intendens ingredi religionem R.R. patrum
Somascorum, in eaque professionem tempore debito emittere, intendit prius facere
donationem inter vivos, et seu renunciationem de omnibus eius bonis praesentibus,
et futuris Donato, et Petro Georgio eius fratribus maioribus, ac et Caesari eius
pariter fratri in minori aetate existenti, nempe annorum 17. pro portionibus ipsi
Christophoro bene visis, quibusdam tamen reservatis, et ab ipsis fratribus intendit
stipulari quasdam promissiones in actu ipsius donationis per eos faciendas, et
licet q.m Simon Burrus pater dictorum minorum in eius ultimo testamento or:
dinaverit, portionem bonorum ad eius filios minores spectantium posse alienari, vel
super ea contractum fieri, modo id fieret cum consensu Annae Giranae, eius uxoris
deputatae in curatricem dictorum minorum, et duorum ex quinque viris nobilibus
ab eo nominatis, in ipso testamento, nempe I.C. C. Petri Antonii Verri, Phi:
lippi Sfanzotae, Ludovici Cittadini, Alphonsi Cattanei de Valiano, et Balthesa:
ris Barelij eius amicorum particularium, de quibus, et de quorum prudentia
dixit se valde confidere, et hoc absque eo, quod aliqua dispensatio a M.V. seu
eius Senatu, ratione eorum minoris aetatis impetraretur. Nihilominus cau:
tius agendo, ipsi fratres minores intendunt et eam superinde reportare dispen:

salionem à M.ᵗᵉ V.ʳᵃ; At quia ideo ipsi Christophorus, et Caesar minores p.ᵗⁱ
eiusdem Ser.ᵐᵃ recurrunt. Supp.ᵃⁿᵗᵉˢ; ut dignetur per suas patentes literas edi:
cere, et dispensare, p.ᵗᵘᵐ Christophorum posse tuto, et validè ad memoratam
donationem interveniens, et seu renunciationem devenire, et d.ᵗᵘᵐ Caesarem, unà
cum aliis fratribus maioribus posse illam acceptare, et quascumque obli:
gationes in ea acceptatione, seu eius occasione facere, et superinde oppor:
tunum instrumentum, seu opp.ⁿᵃ instrumenta, pactis, modis, et formis, con:
ditionibus, obligationibus, reservationibus, clausulis, iuramentis, et
aliis cum dictis eius fratribus conveniendis confici facere, ~~quo~~ modo id
fiat cum consensu d.ᵃᵉ Annae eius matris, et Curatricis, et duorum ex ipsis
quinque viris Nobilibus à d.ᵒ Supplicantium patre in eius testamento
nominatis ad praestandum consensum in alienationibus, et obligationibus
bonorum dictorum minorum, quos superinde proprijs agnatis, seu cognatis
praetulit. Decernendo, praedicta, postquam sic facta fuerint valere non
secus, ac si ab ipsis Supp.ᵇᵘˢ in maiori aetate constitutis facta fuissent, non
obstante ipsa minori aetate, et qualibet in integrum restitutione, et laesio:
ne, et non obstantibus quibuscumque legibus, statutis, decretis, ordi:
nibus, et alijs in contrarium facientibus, vel aliam formam dantibus, qui:
bus hac tantum in parte M.ᵗᵃˢ V.ʳᵃ derogare dignetur, ut sperent. Quibus
visis, per has nostras concedimus, et dispensamus, d.ᵗᵘᵐ Christophorum

posse tutò, et ualidè deuenire ad narratam donationem, seu renuncia:
tionem, nec non et memoratum Caesarem, unà cum alijs eius fratribus
natu maioribus ipsam donationem acceptare, ac quascumq; obligationes,
ut s.o facere, modò praedicta fiant cum consensu dictae eorum matris,
ac duorum ex memoratis quinque viris nobilibus à supplicante patre
nominatis in eius testamento, qui iurent, credere, sic expedire, et benè
aduertant, ne qua fraus sequatur. Decernentes, praedicta sic ut s.a
facta ualere perinde, ac si per d.os minores in aetate legitima constitutos
facta fuissent, allegatis in precibus contrarium disponentibus non atten:
tis, quibus hac tantum in parte derogamus. In quorum fidem praesentes
sigillo nostro munitas fieri, et or[illegible]ari iussimus. Med.ni die xij Junij
M.DCXXXXij.

Bèlinger Porreriag[illegible]

nent, aliqu

tat tantum in parte derogamus. In

munitas fieri, et o … vi iussimus



te, allegatis in precibus contrariis dispositionibus non atten-
tis tantum in parte derogamus. In quorum fidem praesentes
ita fieri, et [illegible] ri iussimus. Mli die xij Junij
M. DC. XXXij.



Pelinger Provenia[illegible]